

Quia celos subiit iacobus ut meruit Gaudeamus.

Hic decus est terre quam terminat ultima thule. Gaudeamus.

Hoc satis est regnum gallicis abile. Gaudeamus.

Qui dat mundanis miracula plurima terris. Gaudeamus.

Vnde magis populis unicus extat amor. Gaudeamus.

Qui uelut alta pharus lumen protendit ad indos. Gaudeamus.

quem yspanus maurus persa britannus amat. Gaudeamus.

Hunc oriens occasus habet hunc affrica et aretos. Gaudeamus.

Laudibus in cuius militat omne decus. Gaudeamus.

Quiq; per oceanum discurret marginis undas. Gaudeamus.

Et uirtus pergit quo pede nemo ualet. Gaudeamus.